Ut celi possimus cives existere
Quod nobis tribuat regnans in ethere. Amen.

Explicit tractatus de vita claustrali.
Duodecim abusiones claustri.

Prelatus negligens.
Discipulus inobediens.
Iuvenis ociosus. Senex obstinatus.
Monachus curialis.
Monachus causidicus.
Habitus preciosus. Cibus exquisitus.
Rumor in claustro. Lis in capitulo.
Dissolutio in choro.
Irreverentia iuxta altare.
In claustro stabiles vult formidare tenentur
Regna celi ingiles hos vallant atque tuentur

Altercatio inter cor et oculum.

Si quis cordis et oculi non sentit in se iurgia
Non novit qui sunt stimuli que culpe seminaria. Causam nescit periculi
cur altercant convicia. Cur procaces
et emuli replicant in se vicia.
Cor sic affatur oculum: te peccati principium te fomitem te stimulum te mortis voco nuncium. Tu domus mee ianitor hosti non claudis ostium: familiaris proditor admittis adversarium.
Nonne fenestra diceris qua mors intrat ad animam: nonne quod vides sequeris ut bos ductus ad victimam.
Saltem sordes quas ingeris cur non lavas per lacrimam: aut quare non erueris mente servitas animam.
Cordi respondit oculus iniuste de me quereris servus sum tibi sedulus ex equo quicquid iusseris. De corde
mala prodeunt nichil iniuriam patis.
virtutes non intereunt nisi culpam commisis.
Adde quod nullo pulvere quem inimicitiam polluens nullum te malum ledere potest nisi consenseris. Nonne tu in precipis
sicut et membris ceteris: non ego tu te decipis nuncius sum quod inviseris.
Cur dampnatur aptio corporis vectia. sine cuius obsequio cuncta languent officia. Cur sic fiet exceptio cum sim fenestra prima: si quod recepi nuncio que putatur iniuria.
Dum sic utrumque disputat soluto pacis osculo: ratio litem amputat diffinitivo calculo. Utrumque reum deputat sed non pari iudicio: cordi namque culpam imputat occasionem oculo.

Admonitio valde utilis et bona.

Dic homo cur abuteris districtionis gratia: cum vite viam deseris et tendis ad supplicia. Saluti proferens ocia et preciosis vilia: nec metu pene flectis ut summa queras gaudia.
Quid valet mundi gloria multa vides indicia quod scient decipis: Mundum qui fugit sequeris et cum labente laberis sequendo transitoria. Et bona primavenia sub aure surda preteris.
Certe non excusabis dissimulando talia.
Nam si sic subterfugis post restat conscientia. que non tacet latencia: et divina iudicia declinare non poteris.
Sed si devictus finis patet mortis sententia: non confidas de venia si sero penitus. Dies est peremptoria quia ni